

Stephan von Awerstorp der Ältere und Johann Arneswolt verkaufen für 1200 Mark an Johann Martini, Prokurator des Bischofs von Lübeck, das Dorf Dodau im Kirchspiel Malente²⁾.

Original-Perg. im Großh. Haus- und Centralarchiv zu Oldenburg (Doc. Bistum Lübeck, Orsch. Dodau). Von den 8 Siegeln, welche der Urkunde angehängt wurden, sind nur 1, 5, 6 15 und ein Bruchstück von 7 vorhanden. — Abschrift ebd. (Reg. ep. II, 42).

Universis presentia visuris seu auditoris Stephanus de Alverstorpe senior et Johannes dictus Arneswolt armigeri Lubicensis dyocesis salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod nos de beneplacito, consensu et voluntate proximorum heredum nostrorum ac omnium 20 consensu et voluntate, quorum consensus et voluntas erant necessario requirendi, vendidimus rite et rationabiliter discreto viro domino Iohanni Martini vicario, procuratori et yconomo et ad id speciale mandatum habenti reverendi patris ac domini, domini Iohannis episcopi Lubicensis in remotis agentis nomine dicti domini episcopi et pro ipso ementi villam, curiam ac bona dictas ac dicta 25 Dodowe cum omnibus suis pertinentiis, sitas ac sita in parochia Malente Lubicensis dyocesis, ad habendas, tenendas et possidendas et ad faciendum cum eis imperpetuum, quicquid idem dominus episcopus et ecclesia Lubicensis facere velint, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, cespiti- 30 bus, lignis, silvis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, piscariis, item cum viis et inviis, exitibus et regressibus, terminorum distinctionibus, ut nunc iacent, cum omni iure, iudicio supremo et infimo de omnibus iudiciis intermediis et cum omni proprietate, libertate, commoditate ac omnibus emolu- 35 mentis inde derivantibus ac condicionibus universis et singulis, prout eadem bona ad nos et nostros heredes hactenus pertinebant, pro pretio mille et ducentarum marcarum monete Lubicensis nobis totaliter persoluto (<et in>^{a)} nostram utilitatem converso. Promittimus dicto vicario, procuratori ac yconomo predicto nomine dicti domini episcopi sollempniter stipulanti litem seu controversiam eidem domino episcopo et ecclesie Lubicensi de dictis villa, curia ac bonis vel eius parte nullo modo inferre nec inferrenti consentire, sed eas et ea cum 40 omnibus suis pertinentiis tam in proprietate quam in possessione ab omni homine seu universitate ipsi domino episcopo et ecclesie Lubicensi legitime defendere, auctorizare, disbrigare et expedire nostris laboribus et expensis ac omnia supradicta et infrascripta grata et rata tenere perpetuo et habere, renun-

¹⁾ Vgl. Nr. 190.

²⁾ Vgl. Nr. 189.

tiantes exceptioni doli mali, non iusti, non soluti pretii, indebiti sine causa, beneficio restitutionis in integrum, actioni in factum, condicioni sine causa et omni alii auxilio et beneficio tam iuris quam facti, quod contra hunc contractum aut quamlibet eius partem posset obici quomodolibet vel opponi. Renuntiamus
 5 insuper pro nobis et nostris heredibus omni iuri, quod nobis aut nostris heredibus in dictis villa, curia ac bonis omnibus supradictis nunc aut in futurum competit aut competere posset quovismodo. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis strenui viri dominus Iohannes Stake miles, Gotscalcus Marute, Johannes de Dame, Hinricus Dameshovet fratres, Wend Alverstorpe ac Arnoldus
 10 Alverstorpe fratres, filii Stephani de Alversdorpe senioris predicti, armigeri dicte Lubicensis dyocesis, tamquam fideiussores pro nobis in solidum fide data promiserunt. In cuius rei evidens testimonium sigilla nostra una cum sigillis dictorum fideiussorum nostrorum presentibus sunt appensa. Et nos Johannes Stake miles, Gotscalcus Marute, Johannes de Dame, Hinricus Dameshovet fratres,
 15 Wend Alverstorpe et Arnoldus Alverstorpe fratres armigeri, fideiussores predicti recognoscimus nos in solidum fideiussisse, ut premittitur, renuntiantes beneficio epistole^{b)} divi Adriani et novis constitutionibus ac omnibus aliis, quibus premissa possent quomodolibet impugnari, testimonio presentium, quibus sigilla nostra duximus apponenda. Datum et actum Lubeke anno Domini millesimo CCC^o
 20 quadragesimo quinto in crastino conversionis beati Pauli apostoli.

a) Loch im Pergament; ergänzt aus der Abschrift.

b) In der Vorlage verschrieben: ep̄l̄ie.